

W  
7725

III, 16.

216.

III, 16.

DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS

PROGRAMMA XIIX

QVO  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. III**  
DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. QVOQE. ET. WESTPHALIAЕ  
LANDGRAFI. THVRINGIAЕ. MARCHIONIS. MISNIAЕ. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE  
COMITIS. MARCAЕ. ET. RAVENSEBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII  
AC. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI  
LONGE. CLEMENTISSIMI  
PATRIS. PATRIAЕ. OPTIMI  
AD. VOTVM. OMNVM. FELICITER. REVERSUS

NATALIS. DIES  
CRAS

AUDITA. POST. MERIDIEM. HORA. QVARTA  
IN. ILLVSTRI. FRIDERICIANO. GYMNASIO  
DEVOTISSIME. CELEBRANDVS

INDICITVR  
ET  
PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. GENEROSISSIMI. MAGNIFICI. ILLVSTRES  
MAXIME. VENERABLES. PRAECELLENTISSIMI. AMPLISSIMI  
AVLAE ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES  
CVRATORES. GYMNASIL. GRAVISSIMI  
REI. SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O  
PIE. ATQVE. OBSERVANTER. COLENDI

DVOS. PRIMI. ORDINIS. DISCIPVLOS  
EXIMIAE. INDOLIS. OPTIMAЕ QVE. SPEI  
PVBICE. VERBА. ET. VOTA. FACTVROS  
HONORIFCENTISSIMA. SVА. PRAESENTIA  
DIGNENTVR  
DEMISSE. GRANTVR. OFFICIOSEQVE. INVITANTVR

M. IOANNE. GOTTFRIDO MOERLINO  
ILL. FRIDERICIANI. GYMNASI. DIRECTORE  
LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBURGI  
EX. OFFICINA. RICHTERIA



Iusto triumphamus gaudio, quibus hoc etiam anno contin-  
git inter faustas adclamations nouisque votorum nuncu-  
pationes SERENISSIMI PRINCIPIS AC. DO-  
MINI NOSTRI FRIDERICI III  
DVCIS SAXONIAE GOTHANAE ATQVE  
ALTENBURGICAE PATRIS. PATRIAE  
CLEMENTISSIMI. ATQVE. OPTIMI  
NAATEM AVSPICATISSIMVM celebrare. Attollimus oculos, ferali praec-  
onio relationem quarundam publicarum, mortuum EVM, quem nos statorem stabili-  
toremque felicitatis publicae veneramur, nuntiantum, in terram dejectos. Conuerfa est  
tristitia in gratulationem. Vixit FRIDERICVS. III. GLORIA GOTHA  
NAE DELICIVMQUE DOMVS. Praesidium nostrum et sacra salutis ancora.  
Vixit et diem vitas SVAE principem, leuator virginis senectutis infirmitatisque onere,  
saepius recurrentem videat, celebet, nec vnquam annos plerisque alios molesto, fibi gra-  
ves esse in posterum sentiat. Quemadmodum hic, quem exigit, annus amoris et con-  
cordiae raro exemplo sui memorabilis IPSIque PATRI. PATRIAE SERENIS  
SIMO delectabilis. Sic pluribus saepe senectutis oblectamentis auctoritate, gratia et  
comitate summe omnibus venerabilem senem DEVIS. O. M. ex insperato recretet ac  
non tantum tolerabilem sed maxime etiam iucundam extremam EI officiat aetatem. Ser-  
vet omnes, quorum IPSI vita et salus cordi est, imprimis SERENISSIMVM. IV  
VENTVTIS. PRINCIPEM. ERNESTVM. LUDOVICVM. DV  
CEM. SAXONIAE. PATERNARVM. AVITARVMQVE. VIRTUTVM  
ET. REGIONVM. EX. ASSE. HEREDEM. FILIVM. VNA CUM HVIS  
SERENISSIMA. LECTISSIMAQUE CONIVGE ET FILIOLO. PAREN  
TV. AVI. totius DOMVS. SERENISSIMAE. DELICIOLO. Seruet  
RELIQVOS. LIBEROS. SERENISSIMOS. FRATRES. SORORESQUE  
SERENISSIMOS. ET. CONIVNCCTISSIMOS. omnes denique maximis vin-  
culis et propinquitatibus et adfinitatis, EI coniunctos.

ad tu. NATALIS, multo celebrande per annos  
Candidior semper candidiorque redi.

Nunc, rite capris quasi auspiciis, in praedicandis SVMMIS. SERENISSIMAE  
GENTIS. ERNESTINAE. IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM. MERITIS pergendum est. Orlamundana revertimur ad IO  
CHRISTFRIDVM. SAGITTARIVM. Heic qualam se gesserit, quanta cura et  
dexteritate, concionando, visitando aliquis modis in Orlamundana Inspectione anima-  
rum salutem procurauerit, quam singularem in reparandis templis et aliis sacris aedibus  
indultriam adhibuerit, locupletissimus testis est, proximus, si a D. Henrico Freiesleben  
discfereris, eius successor, cuius liberalitate discipuli nostri ad pietatem atque indu-  
strialiam etiam nunc accuntrit, Loebetus (a). Post b. MARTINI CASELII obi-  
tum SERENISSIMVS. DVX. FRIDERICVS. GVLIELMVS. POSTV  
MVS. Cui maxime probata SAGITTARII erat dicendi ratio, aliquoties enim  
eum, Hummelshainii commoratus iam audierat, grauissimum Superintendentis Gene-  
ralis, Confistorii Adsefforis et Aulae Concionatoris Primarii munus ei deferebat.  
Aulici concionatoris dignitatem ultimam deprecabatur quidem ille, sed obsec-  
andum erat voluntati Principis. Edito igitur eloquentiae sacræ specimine d.  
xi. p. TRINITATIS. IX. Kal. Septembr. clxclvi, postridie vocationem accepit  
tandem-

(a) CHRISTOPH. HENR. LOEBER in Hist. Eccl. Ephoriæ Orlamundanae p. 199. §. 81.

tandemque, trimetri spatio interiecto, Altenburgum datus, dominica post TRINITATIS. XXIII. siue d. V. Id. Nouemb. d. a. facrum atque arduum munus auspiciatus est. Dici non potest, quanto animo ac studio et quam prospero laborum succello expectationi, cum SERENISSIMI PRINCIPIS, tum bene animatorum omnium responderit quaque fide ac integritate rem sacram, litterariam et in primis scholasticam ordinauerit, rexerit amplificaueritque. Lubentes igitur in consilio et laboribus viri, infatigabili cura, cautione ac diligentia insignis adquiescentes, de grauisimis cum eo communicare solebant negotios SERENISSIMI, sub quibus florebat, PRINCIPES. Florebat autem non tantum sub FRIDERICO GVILIELMO II. et huius praematura morte spei hominum praerepto filio FRIDERICO. GVI LIELMO. III. Altenburgicis, sed etiam sub ERNESTO PIO. et FRIDERICO. CO. I. DVCIBVS. Gothanis arque Altenburgicis, a quibus aliquoties Gotham arcifessus atque in consilium de Collegio Hunniano, de vrgenda institutione catechistica aliisque grauioris momenti caufis, ad rem sacram pertinentibus, adhibitus est. Laudi praeceps ei datur singularis illa auctoratio, qua Ecclesias visitans et scholas, curauit, vi modo atque ordine ab antecessore Cafelio monstrato puerilis aetas Christianae religionis doctrinis imbueretur, et, quod nostrae in primis scholas salutare fuit, studium, quo, *Grauissimis Gymnasi Curatoribus reliquis* ad stipulantibus, *Sacro Confistorio* adprobante atque confirmante, leges scholasticas digestis, classibus segregatis, *Subcorrectorem* et *Lectionem* publice docentibus adiunxit, annum his a munificentia PRINCIPIS. salarium impetravit, superiorum, quae nunc Selecta dicitur, classem ordinavit (b) atque in ea doctrinas Theologicas ipse profellit et, Bibliothecamque scholasticam fundavit atque auxit (c), quibus accedit, quod suafore et deprecatore eo DIVVS. PRINCEPS. legatum illud quater mille Florenorum scholae reliquit, quae eiusmodi sunt omnia, ut sine immemorius ingratiique animi opprobrio, silentio dissimulari non possint. Admirandum in modum patientem laborum fuisse, vel ex commerciis literarum pater, quae ei fuerunt cum primariis illorum temporum non tantum Theologis, sed eruditis in viuierum, Lambecio, Reinefio, Seckendorffio, aliis, quos nominauit Gotterus (d), et ex Collectione operum B. Lutheri Altenburgensis, quam SERENISSIMO. FRIDERICO. GVILIELMO. II. iubente et sumptus suppeditante, suscepit quidem, sed, hoc mortuo, ERNESTO. PIO. munificentissimo in iis praecepit, quae ad religionem euangelicam promouendam spectant, alias PRINCIPE, non fatis diu superflite, SERENISSIMO. FRIDERICO. I. grauissimum negotii districto, non sine magno suo dispendio absoluti, pro gratia, quae ei debebatur, ab obrectoribus quibusdam, quibus tamen Gotterus (e) recte et condigne respondit, inique traductus. Praeter haec etiam Lutheri Epistolas collegit in tres tomos diuinas (f), hac etiam re immortaliter de Megalandro nostro meritis dignasque iudicatas, qui LVATHERVS. REDIVIVVS. nominaretur, quod nomen non tantum titulo sepulcrali eius superscriptum, sed a b. M. Ioanne Friderico Koebro Rector Gymanii Gerani etiam vlturum est in Programmate quodam, quo ad orationem parentalem beatissimi B. Sagittarii manibus sacrae et a Joanne Iacobo Crelio Roda Thuringo habendam anno clo. xxlii. inuitauit similitudinemque Lutherum inter et Sagittarium ostendit. Nec praetereunda sunt reliqua viri huius eruditiois plena scripta, quorum quae lenae publicauit *Otii Jenensi* titulo insignita sunt, cetera, quae exstare scribit Loeben (g) fuerunt *Annotations in Arnoldi Clapmari libros de Arcanis rerum publicarum*, editio Bibliorum Altenburgensium et Historiarum biblicarum, inter reliqua, quae adhuc in heredem delitescere ferimus Mullerus dolet (h), feruntur *Lutherus innocens*, *Logica Jadera*, *Quaestiones Biblico-Historicae a mundo condito ad templum Salomonis, a templo Salomonis usque ad natum Christum, a nato Christo, usque ad eius ascensionem, a Christi ascensione ad nostra tempora*, porro *Tractatus de sancto ignoranti*, de *Numis braefensis*, quae omnia etiam in curriculo vitae nominantur. Tandem cum per XXXII et quod excurrit, annos *Antistes Generalis* immortalitatem nominis Altenburgi confecutus est, et intra hoc tempus CCXXXV verbi diuini Ministros inauguraset, phthisi correptus placide decepit d. xi. kal. Mart. clo. xxli, annos natus LXXI, hebdomades XX, dies III. Iustum ei Loeben (i) tribuit praecominum dignumque, quod hic legatur: *Sicut Viro huic sumnum erat iudicium et sincerum et indefessum pro salute Ecclesiae studium: Ita etiam, ut multa paucis complectar, erat commune quasi Repertorium,*

in

(b) conf. si placet *Programma XII.* de S. S. G. E. I. R. S. A. M. anno 1763. scr.(c) conf. *Vitae curriculum sermoni funebri additum*, et *MVILLERI Orationem Panegyr. p. 14.*(d) GOTTER in *Elog. p. 62.*

(e) IDEM p. 61.

(f) conf. *Vitae curriculum.*(g) CHRISTOPH. HENR. LOEBER. in *Hist. Eccl. Ephor. Orlam.* p. 199. §. 82.(h) MVILLER. in *Orat. Paneg.* p. 16. fq.(i) CHR. HENR. LOEBER. in *Hist. Eccl. Eph. Orlam.* p. 200. §. 83.

in quo omnes preſti, præprimis viduae et orphani certum ſolatum et præfidium, ali⁹ auten, præfertim Eccleſiarum Miniftri, quocunq; in caſu promptum et ſolidum conſilium inueniebant. Sub imagine, in Aede ſacra Bartholomaca haec leguntur:

*En effigiem Lutheri rediuii*

D. Ioh. Chrifſfrid. Sagittarii, cui Vratislavia natales, Curia Varifcorum Conrecloratum, Iena Recloratum et Prof. Histor. et Poef. cum Philof. et Theologiae Doctoratu, Orlamunda Pastoratum et Ephoram, Altenburgum denique Profehoriam cum muneribus Concionatoris ſacri primarii et Conſistorii Aſſessoris confeſſerunt, quae ex uſu publico administrata Deo 19 Februarii Aō. 1689 tradidit, feliciffimus inter 13 Antiftites, quod primus annos vitae 71 et Profehoriae 32 ex ſolo Dei beneficio attigerit.

Reſlat, vt ad Reclorem ſcholae CHRISTIANVM. FVNCCIVM. tranſeam, paucia de eo commemoraturus. Natus is erat c150 cxxvi. d. VIII. kal. Octobr. patre M. DAVIDE. FVNCCIO. Ministro Eccleſiae Ditmaridorfienſis in agro Freibergeni, a quo Freiberg in ſcholam miſius, fundamentis ſtudiorum recte in laudabiliter iaciens, pulcro atque egregio ornatus a M. Dau. Quelmalzio Reclore, Ottone Benevizio Conreclore, et M. Io. Georgio Ficklero, Collega tertio, quibus uſus fuerat praeceptoribus, teſtimonio, anno c151 cXLV. Halam Saxonum feceſt, ut ibi Orientalibus praecepit, pue linguis operam dedit, inde etiam maximopere laudatus commendatusque a Gymnaſii Reclore Christiano Gauenzio poft biennium digreſſus (k), Lipſiam commigrauit atque ibi collegiis, Diſputationibus, Orationibus habitus, eximiū prouult ingenium: hinc Freibergan vocatus, Collegae tertii munus fuſcepit; Freiberga Altenburgum venit, Reclorque ſcholae conituſis eft anno c151 cLX, cui cum per ſex annos non ſine magna doctriina ac dexteritate laude praefuifſet, Recloris Gymnaſii Gorlitiensis Spartam adiit atque ab anno c151 cLXVI vsque ad c151 cxcv, quo in viua effe defuit, ornauit, mortuus d. xiv. kal. Augufti, natus LXIX. annos. Praeter Viales Altenburgenses ſcripſit Breuiarium hiſtorico-politicum cum appendice de curia Romana, Reclorem Rhætorem ſcholasticum, Praxin rhetorican ac Elementa Voffii rhetorica, Introductionem Dichotomico-Synoptican in fructuofam Ariftotelis lectionem, Ifagogen geographicam, Introductiōnem ad orbis hodie regnantēs notitiam et Varias diſertationes.

Haec praefatus, MAECENATES, CURATORES, GYMNASI, GRAVISSIMOS. REI SCHOLASTICAE FAVTORES, EXOPTATISSIMOS. O. O. demiffe obſeruantque rogo, vt Actui Oratorio, NATALI SERENISSIMI FRIDERICI III. PATRIS. PATRIAE OPTIMI ſacro, Cras, auditā poft meridiem hora quarta praefentia ſua ſplendore addere pro ſua gratia ac benevolentia dignentur.

FRIDERICVS. AVGVSTVS. LEO. Altenb. probatae induſtriae et feliciffimi ingenii adolescentis de NATALI AVSPICATISSIMO. gratulabitur Oratione Latina.

IOANNES. FRIDERICVS. MEYNER. Altenb. adolescentis eximiæ indolis, induſtriae et ſpej optimae FELICITATEM. PVBLICAM. sub TRIBVS FRIDERICIS. DVCIBVS. SAXONIAE. GOTHANÆ. ATQUE ALTENBURGICAE. canet Carmine Teutonico.

(k) conf. CHRISTIANI FVNCCII. Viales Altenburgenses p. 493. f. q.



*Wf 1725. 40*

*UDR*

ULB Halle  
006 753 418

3





DE  
SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS

PROGRAMMA XIIIX

QVO

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI

**FRIDERICI. III**  
DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAЕ. QVOQE. ET. WESTPHALIAЕ.  
LANDGRAFI. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNEBERGAE  
COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII  
AC. TONNAE

DOMINI NOSTRI  
LEMENTISSIMI  
TRIAE. OPTIMI  
MAII. c1515CCLXXI  
M. FELICITER. REVERSUS  
I S. D I E S  
CRAS  
ERIDIEM. HORA. QVARTA  
DERICIANO. GYMNASIO  
ME. CELEBRANDVS  
DICITVR  
ET  
GENEROSISSIMI. MAGNIFICI. ILLVSTRES  
RAECELLENTISSIMI. AMPLISSIMI  
VRBIS. PROCERES  
ENATES  
MNASII. GRAVISSIMI  
CAE. FAVTORES. O. O  
SERVANTER. COLENDI  
V.T  
RDINIS. DISCIPVLOS  
IS. OPTIMAЕ QVE. SPEI  
A. ET. VOTA. FACTVROS  
IMA. SVA. PRAESENTIA  
GENTYVR  
OFFICIOSE QVE. INVITANTVR  
A  
TFRIDO MOERLINO  
NI. GYMNASII. DIRECTORE  
CETATIS. COLLEGA. HONORARIO  
EN BVRGI  
EX. OFFICINA. RICHTERIA

